

De Arte notariatus

Notandum est primo quid sit ars
notariatus et unde dicatur.

Secundo. quot modis Notarij appellat^r.

Tercio. qui sunt et qui esse debet Notarij.

Quarto. cuius aucte Notarij efficiuntur.

Quinto. quot sit suanda a Notario.

Sexto. a quibus Notarij se debet abstinere.

Septimo. quid sit iudicio et unde dicatur.

Octavo. quid sit obligatio.

Nono. quid sit consuetudo.

Decimo. quid sit stipulatio et unde dicatur.

Undecimo. quid sit testamentum.

Duodecimo. quid sit divisio testamentorum.

Tridecimo. de his qui testari non possunt ad
heredes instituendum.

Quartodecimo. quid sit codicillis et quot modis
fit.

Decimoquinto. de forma Codicilli post testum.

Decimosexto. de his qui possunt facere Codicillos
Et in quibus differunt a Testamento.

Decimosextimo. quot Testes sunt necessary
in testamento.

Decimo octavo. de his qui possunt esse testes.

Decimonono. quibus informat^r testamentum.

Vicesimo. quibus de causis per etro possunt
exheredare filios ut filii parentes;

Quid sit ars Notariatus.

Ars Notariatus est scilicet scribendi ac dictandi
per quam humane fragilitatis negotia robo-
rantur et perpetui memorie commendantur.
Quisque ergo discretus Notarius cum ad scri-
bendum aliquid requiritur debet conside-
rare infra scripta et sine mentis organa
elevare. spectat ad Quinq. Primo condi-
tionem et etatem eorum qui contrahunt ut qui
se obligant. 2^o beneficia renuncianda. 3^o
qualitates et quantitates rerum que obligantur
seu distrahi debent. 4^o diversitate contrac-
tuum. 5^o numerum Testium in contractibus
adhibendum. Et Nota quod in Quinq. casibus
sunt Rogandi testes. Videlicet. In solutione
debiti. In confessione creditoris confitens
sibi solutum esse. In donatione excedente
summa Quingentorum aureorum et in testamento.

Quid sit Notarius.

Est autem Notarius sine Tabellio quedam
persona publica officium Tabellionatus gerens
Ad cuius fidem recurritur publice ut scribat et

ad p̄m̄p̄m̄ memoria redigat / ea q̄
ab hominibus fuerunt fuerunt dicta /
Dicit̄ aut̄ Notarij a Notando / quia notat
fidelit̄ ac notabilis iuxta scripta. Et debet
edere ea semp̄ quibz ad eius fidem re-
curritur. Dicitur aut̄ Tabellio a Tabu-
la quia veteres consueverunt scribere in
tabulis. Sic Tabelliones in iure civili
appellant̄ / quia notata debet eē que-
rentia rebus. 7

Quot modis Notarij appel-
latur a iure.

Nuncupatur aut̄ notarij a iure
civili varijs modis. Nam aliqui dicunt̄
Seruus publicus. Non qd̄ sit seruus / Cuius
suis non potest eē Notarij / s̄ quia sunt
omnibus et suire debet. Aliqui dicitur
Notarij a Notando / ut dictum ē / vel
Tabellio / sive Tabellionarij a tabula.
Aliqui dicit̄ scriba / a scribendo. Aliquādo
dicit̄ scriuarius / quia scripturas in scri-
bis suis / caute debent observare. 7

Qui possunt et esse debent
Notarij.

Debet aut Notarius esse homo liber. Colona-
rie conditioni. ut a Jure de necessitate non
astatq. masculq. sane mentis. videns.
audiens. Integre fame constitutq. et hinc
plena noticia artis. notarie. ut Tabellionis
officii. Dicitur primo homo liber. quia servus
non potest esse Notarius. cum sit publicum
officium. a quo servi repelluntur. Non
astrictus colonarie conditioni. Ideo dicitur
quia colonus non debet esse Notarius.
Ne publicis actibus privata misceantur serui-
cia. vel alii necessitate a Jure astrictq.
videtur. ut de monachis et Canonici-
taribus. et similibus. cum ipsi quantum
ad ea que sunt Juris Civilis. pro mortuis
reputantur. Debent enim vacare divinis
officiis. et non immiscere se de istis que
in foro aguntur. Sctar. Masculq. dicitur
quia femine non possunt esse notarii.
Cum sit virile officium et publicum. et fe-
mine a Juris publicis actibus repellantur.
Sane mentis. Ideo dicitur quia Notarius
non debet esse furiosus. seu mente captus.
Videns. audiens dicitur quia cæcus lu-

156
nunc et non potens videre et audire
ut nuntius non potest esse notarius. Jure
graefame. quia infamis, falsarius, ut here-
ticus qui fide non habet orthodoxa non debet
esse Notarius. Cuius Tabellionatus officium
sit honor et dignitas a quibus repelluntur
Infames. Hinc plena arte notariatus ideo
dicitur quia tales debet docere et non doceri.
Juxta illud Turpe est doctori etc.

Cuius aucte conficiuntur Notarii
Conficiuntur autem Notarii vniuersis
cum proprio motu et libera voluntate. s.
Principis, ut Comitis palatii alterius
cui nominatus Princeps potestate con-
cedit. Et iste vbiusque locorum arte notariæ
exercere potest, et maxime in terra patri-
pi subiecta. Sed constitutus ab vniuersitate
ut civitate. Iste tantum, in suo municipio
Sed extra terram sui municipii per Notario
non habet.

Ista sunt seruanda a
Notario.

Debet autem notarius suare ea que recepit
ut circa officium in seipso dirigat et caute

conscribat sine cuiusvis lesione et iudicio
seriem facti non mutando. Et juris subti-
litatem eundem. Et iudiciationibus appe-
met. Etiam Notarius observare tenetur ut
tales habeantur testes qui a iure non
phibeantur ferre testimonium. Item in carta
vasa non debet scribi instrumentum ut
radendo ut mutando litterarum et fal-
sificandi materia auferatur. Item
debet facere Notarius in Cartulario suo
et prothocollo suo et inde conficere
publicum instrumentum. Et in principio
debet ponere annum domini in quo celebratur
actus sine contractu et nomen princi-
pis in cuius territorio fit. Et iudicium
apponere. Et sit aptum ut supra.
Item nota contrahendum et testium
in quorum presentia instrumentum fit. Item
debet nomen suum certum apponere
de quo dubitari non possit. Et ubi signo
proprio in subscriptione. Et in margine ext.
instrumentum in principio instrumenti
ut in fine sua subscriptione.

157
A quibus Notarius
se debet abstinere.

Debet se abstinere Notarius, ne scribat
falsa et illicita Instrumenta, hoc est
a Jure prohibita. Vel ratione personarum
ut si Impubes, ut furiosus, ut si talis
persona stare uolet. Non debet Notarius
recipere tale Instrumentum: Ratione Rei
ut si res, a Jure prohibita alienari
alienaretur, ut sunt quorum non est commercium
ut liber homo, Res sacra, Publicum
forum, et sic de aliis. Et si Notarius
falsa Instrumenta constiterit conscripserit
intollerabili exilio damnatione pu-
niatur, Vel alia pena grauissima
iuxta cognitionem Iudicis feriatur.

Quid sit Indictio.

Indictio est spatium quidecim annorum.
ad habendam consuetudinem Notariorum.
Initium autem accepit a Romanis,
quia cum Romani totum mundum
sibi subiugasset, edictum fecerunt

Ut homines de qualibet provincia
Triplura tributa soluerent / pro
remotione Terrarum et transitus
difficultatem. Statuerunt videli-
cet ut in primo Quinquennio sol-
uerent eis / et ferrum ad fabricandis
arma. In fine secundi Quinquennii ar-
gentum. In Tertio Quinquennio au-
rum ad donationem Typum In sig-
num domini. Et sic dicebat iudicio
aurea / argentea / et ferrea / ab auro
argento / et Ere. Et in fine ultimi
Quinquennii. Et sic instituerunt
Romani ut nulla quærentia scrip-
ture commendata esset stabilia nisi
haberent annum iudiciorum anotatus.
Et hoc ne Tributorum solvendorum me-
moria laberet. Nos autem in Tribus
vltimis iudiciorum In primis privi-
legio In Ceruo paschali / et In de-
dicatione ecclesiarum: Et dicitur
Iudicio ab iudico. tax. care. quod
maxime ad pontifices pertinet.

158
Vnde versus.

Edicunt Reges. Indicit festa sacerdos.

Incipit aut Titulus indictionis in mense septembris quia tunc fit libertas fructuum ubi potest solui tributum. Et hoc potius debet intelligi extra Romanam curiam quia Annus dñi et Indictio. In quolibet festo Natiuitatis dñi renouabitur Terminus uero cuiuslibet Quinquenni dicebatur lustrum ab antiquis. Et dicitur spatium quinque annorum. Et dicitur lustrum a lustrare. are. quod est circumire quia in fine cuiuslibet quinquenni quae tributa soluebantur solebant ciuitate circumire magnam festum facientes. finitio uero. Quindecim annis renouabatur Indictio ut prius.

Vnde Versus

Roma tributa dari sibi per quinquennium fuisse.
Et post ^{hoc} argentum post deduxit ad aurum
hec tria lustra sunt assignata tributa
Cum redit october Indictio est noua semper
Quatuor atque Tribus illis post libata diebus
et per Quinquenos dñi diuiseris annos
Tres simul adiunges Indictio sit tibi presens.

Si nichil excreset quindecima iudicio restat
Bernardus dicit qd ad annos dñi debent
addi duodecim quia duodecima erat iudicio
qñ xpus fuit natus.

Quid sit Contractus

Contractus est duorum, ut plurimum bñplacitum
et assensus manu publica hinc inde facta
et acta, i scriptis de redacta. Obligatio
est iuris vinculum, quo persone sibi obligantur
seu abstringuntur ad aliquid agendum, ut
faciendum.

Quid sit consuetudo.

Consuetudo est usus rationabilis longo
tempore confirmatus, nullo actu contra-
rio interruptus frequenti actu sine
contradictione introductus, ad alios actus
potentius probatus. Alter Consuetudo
est quoddam ius morale institutum, quod
per lege habetur, quoniam deficit lex.

Quid sit stipulatio.

Stipulatio est interrogatio petitoria adiuncta
petitioni, responsioni, promissioni, ut si
interrogatur aliquis dicens, dabis michi

equum, et datus dicat, dabo. et sup hoc poru-
gat sibi manu, Ibi e stipulatio, et dicitur
a stipulis. la. l. un. quod e firmare. quia
stipulatio debet esse firma. Item
Nota. socius p socio potest stipulari, filius
p patre. frater, pro fratre. procurator, pro
procuratore. Servus p domino.

De Testamento.

Testamentum e iusta sententia
alicuius de eo qd post mortem fieri vult.
cum institutione heredum. **A**liiter
Testis e quedam solennis voluntas. Tamē
sine institutione heredum non valet testis.
In quo testamento nemo potest sibi legem
imponere, a quo recedere non licet. Na
licet cum ambulatoria sit voluntas
usq; vite, Testamentum aut, nisi testa-
tore mortuo, vires non habet. Et dicitur
testamentum, quasi mentis testatio

Divisio Testamentorum

Testamentum aliud in scriptis, aliud
sine scriptis: quod no scriptura s; testis

pñcia fit. Et si dicitur testis sine scriptura,
Idem quia fit sine solemnitatibus. Et dicitur
testis nuncupativus sic sunt ista duo testamenta,
videlicet quoniam coram Tabellione et Testibus
nuncupatur. Et heredium institutio. In ea quae
in testamento nuncupatur et interveniat alia
solemnitas videlicet quod testator propria
manu scribat si literatus est et scribere
potest. Et si scribere non potest tunc scribat
alius eius mandato quod ostendat sibi
offerat testator coram septem Testibus literatis
dicens istud sibi testis esse quod offert.
Et tunc non refert testis sciant quid ge-
nerat in instrumento ut non. Et sit in
eo scriptum nomen heredis ut heredi.
Et predictus testator ut ille qui scripsit
literatus eius scribat in pñcia septem Testium
in Testamento et etiam coram Testibus se
subscribat et unusquisque dictorum Testium
se propria manu uno et eodem die sine
temporis protractione se subscribat.
Atque sine istis solemnitatibus Testamentum
non valet.

De hijs qui Testari non possunt.

160
Qui sunt Qui testari non possunt
et prohibentur lege facere testis. Impu-
ber .s. masculus minor xv. annorum.
et femina minor xij. Item filii
familias non testantur si etiam pater
non consenciat. Item de Castrensi peculio
quilibet eorum propter patris consensum
et voluntatem testari possunt. Item
testari non potest mancipatus ut furiosus
quod est furiosus Prodigus cuius bonorum
administratio interdicta est. Item Mutus
ut surdus naturaliter ut a natiuitate
ut si accidentaliter est surdus ut mutus et
siat liber potest facere testamentum suum.
Item damnatus ad mortem ut moriatur
ut efficiatur seruus pene. Item qui du-
bitat de statu suo utrum sit liber ut
seruus ut pater familias. Item qui datus
sunt obsides pro captiuis populi Romani.
Item qui damnatus est de crimine famosi.
Item Monachus ut Canonici regulares.
Item heretici. Item Cecus non potest
testari nisi habita quadam spali solemnitate

quia ubi absit manus periculum Ibi maior
fides e adhibenda. Nota qd aliqui
i heredem iustueri e aliqui post mor-
tem loco sui i oibus suis i dnm statueri.
Et dicitur heres ab heri x dno: In
heres e quia succedit ad diuersa bona
defuncti .)

Quid sit Codicillus. Et quot modis fit.

Codicillus est quidam dispositio volu-
tatis sine heredum Institutione. Possit
aut codicilli multis modis appellari:
Aliqu fit Codicillus an testamentum
et tunc de testamento subsequente fa-
cienda e mentio precedentis codicilli:
Aliqu etia fit codicillus post testamentum
et post aliud seu alios Codicillos. Cum
plures ab una psona possunt fieri codi-
cilli. Tu est facienda mentio non solum
de testamento sed etia de precedent ut
precedentibus Codicillis. Aliqu fit Codicillus
nullo precedenti ut subsequente testamento.)

167
Forma Codicilli
post Testamentum,

In nomine domini nri Ihu xpi
Amen. Ex re pnti de pira et spon-
tanea mea voluntate et licz egrotans
corpore. sanus tñ mente spcalit a
me Rogat codicillum faciam. In quo
principale meum Testamentum p manus
eiusdem Notarij confirmare volo. Et p-
pue qd vxor mea habeat de bonis meis
sup rebus quas sibi in testamto reliqui
et duo Joham libros meos quos ei re-
linquo et a fubus suis arresto. Saluis
omibus relictis et legatis meo testa-
menti pdicti. Quod quidem codicillu suu
ppetud ratum et firmu hère volo. ne
eoz alteri contrarie psumpserit. com-
ponat aut alteri obseruati. x. floz
et pena soluta ut noy hic Codicilly
p petito maneat firmus. ¶ Codicil-
lum possunt facere omne quibz pmissu
est facere Testamentum. Ille autem

personae quae prohibentur testari, non possunt
facere codicillos. Et qui sunt isti
habetur supra.

Quomodo differt Codicillus a Testamento

Codicillus a testamento differt in
hoc, quod in Testamento fit directa institu-
tio, et hereditatio. In codicillo autem
nisi per fiduciam, ut ille qui
fuit heres ab intestato, hereditatem
alio restituat, ut supra habetur. In forma
primi codicilli. Sed in codicillo non premissa
prece fit institutio attestatorum, ut aliqua
conditio apponi potest, que obstat heredi-
tati, quod ex eo perdesinit esse heres, sed post
dictum heredem ad unum hereditare per
codicillos factos postea, a testatore nulli
testis, exigitur.

Item in Testamento prohibetur esse testes
Mulieres. Item hermafrodita, qui ma-
gis in femineo sexu, calescit. Item
Impubes, furiosus, tempore furoris. Item,

162
Mutus. Surdus. Item quibus bonorum
suorum administratio interdicta est. nisi opi-
nionem tunc temporis. liber habeatur.
Item prohibentur testes esse. quicumque sunt
in potestate testatorum.

Quibus Causis Infir- matur Testamentum.

Attendendum. est diligenter quod si contra
ea quae praedicta sunt supra dicta. de attestatione
ut testibus. fiat instrumentum sub anno
infra scriptum conditum non valet testamentum.
Si testator non scribere. nec artificialiter
potest loqui. quia tunc mortuus similis
est. Quem in huiusmodi testamento committit.
falsitas. Item sibi recitari et tradi debet
testamentum. uno et eodem contextu.
Item quod nullus actus ponatur. nisi certo de
causa. ut necessitatis causa. Item non
valet si rumpitur testis. si metus est depositus
de quo non fuit institutio. non valet. tunc
quod ad legata bene valet ut est de pastu
herede heredum. Institutio autem ex causa
petitoris. exheredatione rumpitur testamentum.

solum quoad institutione si quo in lega-
tis firmum p̄ueniat. Quod ita intelli-
gitur in filio nato in p̄terito. Est aut̄ postu-
mus qui nascitur post mortem patris.
Item rumpitur Testamentum p̄mū
dum obit ab eo testatore legitime
factum, appareat si testator adoptus
arrogat̄ ut emancipat̄ medium.
Item qū quis p̄dit civitate seu maximam
libertate. Item si imp̄fectum. Item si
abditum, ut cancellatum, in aliqua
sua parte sit viciosum.

Quibus de causis

Parentes possunt

exheredare filios.

Sciendum est quod quatuordecim sunt
causae quibus parentes possunt exheredare
filios. si pater, ut mater, Avus, ut avia.
filios, et nepotes. Prima dum
filius manu iniuriam in patrem, ut eum
offendat. Secunda quia grave iniuriam
et contumeliam patri fecerit. Tercia

163
si patrem in criminalibus accusat aut
forsan eum accusauerit de crimine
lese maiestatis / ut de offensa in Rem pu-
blicam / v. communi bono Ciuitatis. Si
quis his duobus casibus / Si etiam accusa-
uerit patrem / et si reus e non potest
exheredare. **Quarta** filius malefi-
cus factus fuerit / seu cum maleficis
conuersatur. **Quinta** si filius machi-
nat^r / ut insidiat^r in morte patris.
Sexta si filius calumpniöse nouerit litteras
patri / in qua sit patris etiam graua pati.
Septima si filius rogatus a patre in
carcere ob debitum iurandi / et fidelis p
eo uenerit / in eo p quo eius fiduissione
recipere uoluit / qd solum h^t locum in mas-
culis. **Octaua** si filius testari prohibuit
patrem. **Nona** si filius ioculator e / tot^r
uoluntate patris / nisi pat^r h^t et idem p
officio. **Decima** si filia no consen-
serit patri / uolens eam honeste maritare /
et dotem constituere / s^m matrimonium
pstituit / et noluit / si potiq uoluit luxu-
riari ipa filia. **Undecima** si si filius


concubine patris se immiscuerit.
Quoddecima. si filius patrem neglexerit
furiosum in quo casu licet non fuerat
exheredatus tamen iure exheredandus est.
Tridecima. si filius patrem a sacra-
mentis captum redimere noluerit.
In quo casu si pater in captivitate mo-
riat^r hereditas ad eorum spectat.
Quarta^{decima} si pater est Catholicus et filius
hereticus.

Quomodo filii possunt exheredare parentes.

De causis etiam quibus filii possunt
exheredare parentes. Nepotes, dicitur
ut dicitur. Sunt itaque septem cause
subaudite in precedentibus. Prima
si pater filium accusaverit de crimine
excepto crimine lese maiestatis.
Secunda si pater filio iniuriose ut alio iur-
datus est ut fuit. Tercia si pater uxorem
ut concubine sui filii se immiscuerit.
Quarta si pater filium prohibuit testari.

de his de quibus testari potuit.
Quinta si pater non agit curam filio
furioso faciendo ut sibi medicinam per alium
subueniendo. Sexta si pater filium
a Saracenis captum non redemit, et
filius in captivitate moritur, bona filii
de quibus testari poterat, debent tunc
ecclesie dari pro redemptione captivorum.
Septima si pater est hereticus, et filius
Catholicus. *et c.*

Finis.



Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading and bleed-through.

Small handwritten mark or word in the upper right quadrant.

165



In dem est cetera

Item